

Q. K 35b, 38.

202  
II u  
617





# BREVE, SED

# EXQVISITVM, VE-

REQVE PHILOSOPHICUM IU-

dicium Doctrinis Mysteriisq; varijs refer-

tum, Excellentissimi Philosophi & Medici

D. Iohannis Montani Strigoniensis Silesij,

de vera, nativa, omnisq; artis & fuci ex-

perte Terra Sigillata, ibidem per

divinam gratiam à se

inventa,

# IN COMMUNEM

CHRISTIANI ORBIS UTI-

litatem, publicatum iterum, cura

& studio Senatus Stri-

goniensis,

VRATISLAVIAE,

In Officina Typographica GEORGII

Baumanni.

Anno M. DC. X.



ALTISSIMUS  
CREAVIT DE TERRA  
MEDICINAM.  
ET VIR PRUDENS NON  
ABHORREBIT ILLAM.



Prudentis: Coss: & Senatoribus

Laudatis: Reipub. Strigoniensis.


P. S.

**C**OSWITZI Patriæ Pater, & virtutis avitæ  
Vir-Fideiq<sub>3</sub> foris, Consiliiq<sub>3</sub> domi:  
Et Reliqui tecum STRIGÆ queis Curia Curæ,  
RITTERE, ULRICI Consul ad apte vices.  
Experientia mihi Terræ concredita vestræ,  
Vel tandem curis audâ remitto novis.  
Invenisse-labor primano dignus honore est,  
Quis negat? Inventis addere quisq<sub>3</sub> potest:  
Esto. Sed Ingenium fors condignumq<sub>3</sub> Secundis,  
Pluribus Experiens Additionis opus.  
Quicquid id est, Vestrum est Subtegmen stamini ad-  
actum:  
Augmina-fila dabit posteriora Dies.  
Vos modò, quæd facitis, meliori insistite cœpto  
MONTANI: cœptum nobile Fine placet.

Lectori.



Lectori-  
DE TERRA SIGILLATA  
Strigoniensi, & Inventoris Iudicio,  
typis iterum descripto, & c.  
Ευφροειν.

 Pera celebrare Altissimi, & Bene-  
mereri de Republica, si quis pro tē-  
pore quidem ritē subordinatos acti-  
onum suarum fines statuatur! Cogitabis, Le-  
ctor, quā praeclarē ex DEI iussu, & ex  
voto fiat Bonorum omnium.

Fines actio-  
num huma-  
narū tēpo-  
ralium, Pri-  
mario & Ae-  
terno sub-  
ordinati.

Eodem nempē prudentissimi Senatus,  
Strigoniensis praesens annitur Benevo-  
lencia. Quā, dum de Terra sua Sigillata Ju-  
diciū Inventoris Montani sui iterum  
prelo subicere; nihil simul ac potius, quā de  
praestantia factorum DEI praedicare  
amplius, quā Talentum divinitus apud  
se depositum, usuq; & effectis medicis haec-  
nus magis magisque inclytum, Gratiae Di-  
vinæ acceptum referre; morbidi verò &  
egroti generis humani rebus, adeoq; Bono

Causae Ite-  
rationis hujus  
Tractatus  
potissima.

Sunt sua  
danda Deo;

Nihil tam  
propriū hu-  
manitatis &  
Amoris quā

A 2 publico

cōmunica-  
tio ipsa sem-  
per aliquid  
ad commu-  
nitatem af-  
ferens.

Aversos re-  
pellit, ad-  
versis oc-  
currit fide-  
liter discenti-  
um Disci-  
plina.

Operum Di-  
vinorū Di-  
vina quidē  
ubiq; & per-  
fectæ præ-  
stantiæ sem-  
per est Sim-  
plicitas: Ve-  
rū, ubi nō  
in Contradi-  
ctionem po-  
sita?

Preparandi,  
Cōponēdi,  
& rectē utē-  
di, receptā  
& adhibitā  
Methodo,  
quid despe-  
ras?

publico iterū commendare, & pluribus se-  
cum commune fieri- voluit.

Neq; enim est, quam fortē iners & rū-  
dis, aut Creatori suo malè gratus, supercilio-  
sior quispiam, adeò Inanem & Vacuam  
posthac putet, Terra Isthæc. Ne clatenti  
olim Ejus Energiæ porrò quicquam dero-  
gat vulgatio illa, humilis & abjecta no-  
menclatio. Quippè, Cui inter Infirma Su-  
perbo visa & invisā mundo Creatā, tot tan-  
tasq; vires inseruerit Altissimus Medi-  
cas, longā die, & observatione multā me-  
diantibus, adeò manifestas modò, ut altè de-  
cantata illa ad Orexin & fatalem ligu-  
rientis mundi malaciam istam magno stu-  
dio excogitata Artificia pleraq;, multis pa-  
rasangis post se videatur reliquisse. Quip-  
pè, Cui nunc Soli & Simplici, nunc-pro  
diversarum Indicationum συνδρομῆ- pau-  
cis aliis compositæ, nunc verò Chymicæ sa-  
nioris operā, in ἐκχυλώσεις essentiales,  
vel, quod præstat, in reclusorum Princi-  
piorum

priorum purius illud Plech reducta, tot Ex-  
 perimenta, ratione ad methodum multoties  
 revocata deferant. Venenorum imprimis,  
 sive sub cibo & potu assumpta, sive cum aere  
 infecto inspirata, aut quavis externa inju-  
 ria corpori admota ea fuerint, multorum  
 Antidota: Februm dein, & nitro-sul-  
 phurearum Impressionum, non benignio-  
 rum duntaxat, sed & malignarum quarun-  
 dam, sed & pestilentium medelas: Intem-  
 perierum denique humidarum & calidarum,  
 simul varie mineralium; Earumque tam to-  
 tius ad februm typos accedentium, quam  
 Partium-Ventriculi, Hepatis, Cerebri, &  
 intra horum peripherias plurimum enasci,  
 Vitaeque munia vel turbare, vel inhibere  
 solitorum Meteororum Microcosmi,  
 Ventorum praecipue & Imbrum p. n. Ex-  
 halationum & Catarrhorum puta: In-  
 deque dependentium καλαφορικῶν καὶ καρ-  
 δῶν παθῶν, Soporis, Lethargi, Catalepsios  
 etiam, Spasmi, Vertiginis, Epilepsiae, Stu-  
 poris,

Experimenti  
 aliquot Effe-  
 ctuum, Com-  
 pendii gra-  
 tia conume-  
 ratae. 'Ava-  
 λογισμος.  
 Plura quidem  
 facile colli-  
 git familia:  
 Sed quibus  
 crebrior de-  
 betur, ea-  
 demque Dog-  
 matica ob-  
 servatio.

De reliquis  
 enim eorun-  
 dem mor-  
 borum dif-  
 ferentiis, hic  
 nihil dici-  
 mus.

D. Schwëckfeldt, Catalogo fossil: Silefiæ & A. lii, etiam in ipsa Phthifi cõmendant, rationibus certè nõ levioribus, quàm Bolũ Serapio. In Hydrope Exiccativũ si quod aliud, etiã hoc erit: usui.

Quàm in horũ morborũ Therapεία, Terram Strigoniens: ut Lemniæ & Armenæ. Boli ἀνίσβαλλομένην convenientissimã, crebro in usu & successu habeat magna Medicorũ pars, Indigenas Artis mate-

poris, Paralyseos, Apoplexiæ, Cephalalgia, Gravedinis, Ophthalmia, Odontalgia, Dẽtium vacillationis, Loquelæ defectus, Incubi, Linguae fauciumq̃ intumescencia, Tussis, notharum Pleuritidum, Sputationum Sanguinis; Ventriculi item imbecillitatis ἀνορεξίας ἔκ και ἀπεψίας, Cissarum, πνευλισμῶ, Nausea, Vomitus, ἐμπνευματώσεως, ἐκπνοῶν, Et hæc proficiscentium subitanearum Palpitationum Cordis, Σχολομάτων, Aurium tinnitus, Syncopes stomachicae, Caduci: Præterea Cholerae, Dysenteria, etiam Virulenta, & contagiosa illius, Lienteria, & quarumcunq̃ Diarrhaeae differentiarum, Profluvionum tum spontaneorum, tum ex pharmaco violentiori ὑπερχαρσέων, hæmorrhoidalium, menstrualium, cæterorumq̃ fluorum muliebrium, Gonorrhæa, Mictionis involuntaria: Adde-Externorum corporis affectuum, ut Tumorum plerorumq̃, pustularum, Scabiei, Inflammationum, Erysipelatis Cutaneorum Symptomatum;



tum; Dolorum etiam Podagricorum, imò  
Arthriticorum, universim: Vulnerum  
item, toxico infectis licet armis inflictorum,  
hæmorrhagiarum, Contusionum, Ambustio-  
num, Ulcerum, eorumq̄ δυσεπεγλωίων, &c.  
Curationes vel prophylaxeis, vel utrasq̄, Sal-  
tem (ne quâ mentem nostram prætereas,)   
ad causarum Aptitudinem atq̄ concursum,  
ex ratione & methodo, secundum Artem in-  
stitutas, σὺν θεῷ, felicissimas.

Quæ hætenus, effectu quidem cognita,  
ut varia videantur, & quàm pro re præsen-  
ti, plura longè: Totidem tamen quæ probet,  
& ex priori etiam fidem faciant, Singula-  
ria profectò fuerint; non tam de Evidetium  
Qualitatum hujus Terræ Excessibus, quàm  
toto reliquo Primordiorum omnium sursum  
deorsum congestorum ἀράσει & ortu; Tem-  
peramento, inquam, Elementarium Princi-  
piorum, ὡς εἰς ὁμογενὲς ἢ conspirantium, ἐυ-  
κχαίολέρω, harmonico, & suæ speciei optimo;  
Sursum quidē præcipuarum inferioris globi  
proprie-

rias non fa-  
stidians, du-  
dum in con-  
fesso est.

Rationum  
prima ali-  
quot momē-  
ta, argumē-  
tis & chara-  
cterib' par-  
tim propio-  
ribus, par-  
tim altiùs  
profundius  
petitis in-

structa, in-  
signita.

Primas qua-  
litates urget  
aliquis? Sic-  
citatē, sicca-  
diq; vim,  
causas hu-  
morū vapo-  
rū, cathar-  
rhorū defi-  
cientiū faci-  
lè hīc inve-  
niet, &c.  
† Adeoq; ἐπι-  
σπαστικόν,  
quin imò  
suo loco &  
casu ἀπὸ κρη-  
στικόν, est e-  
gregiū. Quæ  
ne te turbet  
apparēs cō-  
trarietas,  
Magnetis,  
Auri, & al.  
hujusmodi  
Anatomiam  
spectabis.  
Præparatio-  
num etiā co-  
gitabis va-  
rietates: nec  
nō Differen-  
tias Subje-  
ctorū, quibus modò hæc, modò illa, nunc Sympathetica nunc Antipatetica

propriatum, deorsum verò superioris Sphæ-  
ræ feliciorum Influxuum Captatore quasi  
Gamabæo naturali, Receptaculo adæqua-  
to, καὶ ἐν τῷ γίνεσθαι, sub generatione &  
perfectione sui utraq; hinc isthinc Adepto.  
Quo ipso dein, si quando ad usus medicos aptè  
convenienter & debite in actum vocetur  
Illa, non modò- Quâ Terreo Ente potens  
præter naturam humida quæq; valide exsic-  
care, superflua absorbere, rara condensare,  
fluida congelare, diffluentia terminare, æ-  
stuantium fervorem restringere, &c. obser-  
vata est: † Quâ sui generis Magnetico præ-  
valet Astro, dispersas quasq; sui Furis mine-  
tas ad se attrahere, meteora & mercurialia  
sympathetica apprehendere, vaga colligere,  
altum petentia in imo detinere, soluta, Chy-  
micis volatilia dicta, figere, fluentia sistere,  
effluentia reprimere, ambitum contenden-  
tia ad centrum revocare, turbata sedare, im-  
petum facientia inhibere, patentia item oc-  
cludere, diducta in se reducere, laxa atq; dif-  
fusa  
fusa  
fusa

fusa constringere, & c. consuevit: Quâ deniq<sup>3</sup>  
pingui Venere unctuosum, Balsamicū, Mu-  
miæ quadam Emplastica atq<sup>3</sup> Anodynâ facul-  
tate præditū Naturæ quoddam specificum  
Sulphur, & minerale gluten habet, Corrosi-  
vorū acies obtundere, partes corporis sectas  
fractasvè, loca excoriata, arrosa, ambusta,  
exulcerata, exesa, & quâvis continui solutio-  
nem (Naturæ quidem & Artis ingenio  
subjectâ) passa, ut etiam dolentia, & c. tum  
his, tum illis suprâ dictis nominibus egregiè  
juvare, plus satis compertum, assolet: Sed &  
Ideâ materiæ aureâ in Magisterium excel-  
lit, solariq<sup>3</sup> virtute Cordi ἀνάλογος, præter-  
quam quod id ipsum, primarium vitæ castel-  
lum, adversus deleteria quæq<sup>3</sup> Alexipharma-  
ci præsidio munit, Essentiæ etiam similitu-  
dine & proprietate multâ impendiō magis  
confirmat, tantumq<sup>3</sup> in robur asserit, ut ex  
inferiori corporis camarina, vel aliundè in  
organa sensuum illapsa, ipsisq<sup>3</sup> sensibus offun-  
di consuetâ nubila, obfuscationes, tenebras,

primario in-  
tentatur A-  
ctio.  
Atq<sup>3</sup> hinc  
Axungia di-  
cta est.

Hinc Solis  
Axungia Et  
Aurum cō-  
verium  
Montano.

B

Φλο-

Φλογώσεις morbiferas, & c. calore naturali  
excitato adjutoq̄, quasi admissâ luce novâ  
& duplicatis radiis Sol quidam heterogenea  
facilius disjiciat, discutiat, & ut hostes ex  
regno non suo avertat, eliminat, operaq̄ eâ-  
dem ipsos Spiritus vitales serenat: Consequē-  
tiâ porrò atq̄ connexu causarum ejusmodi,  
Naturam Individui totam confortet. Quæ  
confortata proin cuncta meliori modò dispo-  
nit, & in adversa quæq̄ quavis occasione in-  
surgens, quò nulla Artis solertia tela sua  
dirigere poterat, unitis quasi virium copiis  
penetrat, viaq̄ quandoq̄ vi factâ, noxia pe-  
nitius excludit; Se verò ipsam magis magisq̄  
recolligens, suaq̄ paulatim in integrum resti-  
tuens singula, non abs re miracula facere di-  
citur. Omnia doctos quidem, haud dubiè, fa-  
cile persuasura, si hujus angustia esset, latum  
adeò subiectum, anatomico-spagyricè, &  
physico-medice per causas minutim atq̄ cōci-  
sius cognoscere, & cognitâ docere difficili.  
Et Talem, ô Homo Terra, Terram,  
Creatori

Quod alio  
loco, Deo  
volente, erit  
operæ.

γνώσις Θεοῦ  
Ἰov.

Creatori suo tot operantem Sacris, fastidies?  
quam in unam Natura tot vires effudisse,  
quam è latebris profundioribus per durissi-  
ma Saxa protrusam tuis necessitatibus quasi  
in manus dedisse videtur, spernes? Non fa-  
cies. Ne quæ fiat scilicet, ut à non habente,  
inq̄ DEUM & Naturam injurio, etiam  
quod habes auferatur.

Strigonienses, ne quod malum incurrant,  
ingratorum domos occupare solitum, non po-  
tuerunt non iterare hæc gratias. Absit com-  
memorationi Factantia. Absit vino vendibi-  
li inutilis hedera. Sonet verò, & personet  
Orbem suus DEO laudis hymnus. Resci-  
scant Hominum causâ Creatis innatas po-  
tentias, & glorificent Bonitatem Creatoris  
Homines.

Fuxta ac monēdus es, Lector: Sunt quàm  
ante hæc unquã plures, malæ fidei vix homi-  
nes, impostores, falsarii, qui non tantum mi-  
neralẽ Terram hanc Strigoniensem adulte-  
rari, qui non tantum alias planè Terras

Gratia parit  
Gratiã, ces-  
sat verò Gra-  
tiarum De-  
cursus, ubi  
Rekursus  
non fuerit.  
Nec modò  
nihil agerur  
ingrato, sed  
q̄ accepit,  
vertitur ei  
in perniciẽ:  
Nihil Indi-  
gnius est,  
quàm Dei  
gratias, qua-  
rũ vis in fru-  
ctu cõsistit,  
sepultas la-  
tere, nec in  
aliquẽ usum  
accõmoda-  
ri: Etiã ipsi-  
us Salvato-  
ris sententiã,  
Matth. 25.  
&c.

Amica præ-  
monitio-  
prior, falsa-  
riorum im-  
posturas  
notat.

fors undelibet petitum limum in similes trochi-  
scos effigiare, sed quod minus tolerabile, Strigo-  
niensis Sigilli imitatione plagiariâ supposititiis  
suis rotulis impressâ, Pharmacopolas & Empto-  
res reliquos, in re medica licet admodum versa-  
tos, & per hos porrò Medicos & agrotos deci-  
pere, tandemq; non respondente eventu, terram  
genuinam illam nefariè prostituere non dubi-  
tant.

Altera, abu-  
sum depre-  
catur.

Sunt alii, ut Agyrtarum popellus, ut vulgus  
audax; qui dum ipsi Medicinae studia, ne à li-  
mine quidem unquam salutarint, Medicos etiã  
in re presenti non consulerint, ad gravissimos ta-  
men quosq; casus, ut sus in rosas prorunt, & u-  
nica Terra hacce, contra omnes morbos, intem-  
pestivè & ineptè, non nullo quandoq; agrotorum  
cum damno, digladiantur.

Tu hic vigila; Terraq; genuinâ nostrâ ex  
germanis petitâ natalibus, non abutere; Et Di-  
vine Munificentiae nobiscum gratus, Vale.

JOHANNES HARTIGIUS  
Zittanus.

EΙΣ

EΙΣ ΑΠΟΡΙΑΝ ΦΑΡΜΑΚΑ.

I.

Rem Unam Pluribus nominibus com-  
mendamus? Sed, quod sit, audi: Felicem me-  
dicationem non tam in multorum medicame-  
torum numeroso apparatu, quam vel paucorum  
Efficacium legitimo atq; methodico usu  
consistere, quotidie docet *Experientia*.

Quò quis  
Artifex pre-  
stantior, cò  
paucioribus  
ad producē-  
dum opus  
utitur me-  
diis.

II.

Magna aestimamus pleraq; quia parvi  
sumus? Sed verbum - ἕκ' ἐν ἴῳ μεγάλῳ ἰὸ εὖ;  
ἀλλ' ἐν ἴῳ εὖ ἰὸ μέγα.

Et magnas  
magnorum  
virovum au-  
toritates  
plures iden-  
titem usus  
suppeditat.

III.

Terram, rem vilem, & à quàm plurimis  
spretam, pauci extollimus? Sed D. Oraculum

- Τὰ μωρὰ ἰδ' κόσμῳ ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα  
ἰδ' σοφῆς καὶ αἰχίνῃ. καὶ ἰὰ ἀσθενῆ ἰδ'  
κόσμῳ ἐξελέξατο ὁ θεὸς, ἵνα καὶ αἰχύνῃ ἰὰ  
ἰσχυρὰ. καὶ ἰὰ ἀγεννῆ ἰδ' κόσμῳ, καὶ ἰὰ  
ἐξυθενμένα ἐξελέξατο ὁ θεὸς, καὶ ἰὰ μὴ  
ὄντα, ἵνα ἰὰ ὄντα καὶ αὐγύνησῃ, Ἔσ.

Verborum  
Gratiæ de  
naturalibus:  
sobriè phi-  
losophantes  
non pudeat.  
Deus enim  
utrobiq; De<sup>o</sup>  
unus est. Et  
semper sibi  
similis stat

Ἄντ' ἰῳ Μόνῳ Σοφῳ θεῳ δόξα.

Idea VERITAS. Neq; verò discernit Christus Naturam à Spiritus Donis  
cùm nulla sit vel Potentia, vel dexteritas, quæ non debeat accepta referri  
DEO.

# DE VERA TERRA SIGILLATA, STRIGONII SILESIAE INVENTA.

Judicium Clariss. Viri D. D. Johannis Montani, &c. Strigonensis.

**D**ostquam Domini mei observandi cupiant, de Sigillata sua terra Strigonensi historiam, virtutē & usum comprehendi brevibus, quod propter ipsius admodum prolixas ac amplas virtutes, aliud quam compendium, nucleus, & quinta essentia, uti est, esse nihil poterit; Inde cuius non satis perceptibile, atq; utile, nisi a sapiente fortassis vicissim in originalem terrā suam seu agrum reponatur, ubi partes suas, truncum, folia, flores, &c. quaslibet peculiari-ter cognoscendas demum, simul & inestimabilem utilitatem suam exhibebit, quod brevibus, hinc fieri nequit, nec decet: Cum mihi etiam a triginta ferè annis magnum hunc medicinale thesaurum juxta Bolum, lapidem Bezoar, variasq; gemmas ac majora simplicia, hinc in Silesia nostra DEUS indagare clementer concesserit, quibus in necessitate indigentis proximi usus sum, ac cum reverentia, quemadmodum magnis Dei donis convenit, in secretis habui, nec nisi paucis, ijsq; dignis, qui uti scire vere aperui, & nunc per Dominos meos, sub civitatis Sigillo, evitandæ fraudis ergò, in totius mundi & Christianitatis emolumentū distribuatur, nec id immeritò, cum & alii atq; omnes thesauri pedetentim brevi manifestari debeant; ego pro tenuitate experientia atq; ingenij, in gratiam petentium, singulis cum doctis tum indoctis, de hujus terræ origine, natura, virtute & usu, pauca quædam, ut dixi, indicare volui, quò de thesauro hoc latius cogitandi, pluraq; ejusmodi inquirendi illis ansam præberem, sententia Theophrasti Paracelsi, ac aliis magnis authoribus, omnibusq; studiosis naturæ indagatoribus, nihil hisce meis derogando, quin potius mea longe illis submitten-  
do.

Primò



SI  
A.  
Primò omnium de hac vera Terra Sigillata, Theophrastus  
Paracelsus, in Deum marinum Glaucum, uti videtur (per suam  
à multis veteribus ac neotericis quæsitam desideratamq; her-  
bam Gelautium, ut egregius ille rerum naturalium indagator  
Ovidius Naso canit) transmutatus loquitur.

Eam veram esse Scoriam metallicam, non primam, non se-  
cundam, sed tertiam, omnium ultimam extremamq; singula-  
riter secretam, veluti despumatam depinguatumq; (ut sic di-  
xerim) terreum pulverem, omnibus à metallis, ante venenum,  
uredine metallica sistematis, ad usq; terram ferè propulsum,  
paucis metallorum fossoribus cognitum, unctuositatem habe-  
re instar saponis metallici, eum tamen non esse, ac similem cal-  
ci auri, vel Lapidis de calce auri, similem quoq; albæ fuligini  
montanæ existere, verum

omnino vacuam,

nilq; in se recipientem,

venenum quoq; se ei non commiscere,

Unde optimum præservativum contra omnem  
venenosum aërem subterraneum esse, à quo multi  
corripiantur.

Metallorum fossoribus perquam utilem, attrahe-  
re universum, in his etiam superioribus noxium  
aërem, omneq; venenum, unde etiam benè olens  
reddatur.

Habere se eam pro præstanti Bezoarctico, aut ve-  
neni dominatore,

Aquilam inde suum lapidem conficere.

Puram in lixivijs montanis, penes etiam quævis metalla, omni-  
um colorum, qualium scilicet ipsa metalla mineraliaq; existere so-  
lent, reperiri, vacuam autem esse.

In Chirurgia ait, hanc terram veram Sigillatam esse

Limum mineralem.

subtilem ac albam terram, mineram singularem, suos in terra  
meatus ac ductus veluti metalla habentem, adeoq; subtili arte  
inda-

indagari, quod mineræ in metallis tam subtiliter inveniri ne-  
queant, raram admodum ejus copiam esse, sibiq; ipsi paucam  
admodum, quâ tumvis longè lateq; peregrinatus sit, obtigisse,  
uti à Circumforaneo quodam Arabe, Zeuge in Croatia, quan-  
doq; in Maria de Loreto, ab ingenioso quodam metallorû fos-  
fore Siculo, in frustulis cum suis ductibus, eamq; mineram si-  
gillo forma trociscorum, pollicis unguem non excedentiû, te-  
nuiumq; signari, ac dici à nonnullis Terram sancti Pauli, (ipse  
Pauladadam nominat) quâquam sophisticatio induceta, ac tro-  
cisci compositi sint, qui ea non præstent, quæ simplex hæc ter-  
ra. Huncq; metallicum limum, terram illam esse, earum viriû,  
de quibus plurima sit habitamentio, ast omnes doctores Ger-  
manos Italosq; tantum non intellexisse, terram sigillatam, qua  
ipsi utuntur, nil nisi imposturam esse, à proximo quoquo cu-  
mulo desumptam, albam quâdam à natura productam, lotamq;  
argillam, omnes apothecas impleisse, postquam genuinæ hujus  
terræ tot centenarij omnibus ut sufficerent, comparari non  
potuerint.

De ipsa etiam alius summus Philosophus, altæ reputatio-  
nis authoritatisq;, Maximus vir, in hanc sententiam scribit:  
Eximiæ atq; egregiæ virtutes ac vires hujus gratiæ divitis ter-  
ræ Sigillatæ, brevissimè ut enumerentur, quas habet juxta

subitam efficacemq; expulsionem multorum atro-  
cium assumptorum venenorum, etiam  
oculorum varios defectus curare,  
Rubiginem, maculas, neutham, &c.

adeo, ut à nemine satis laudari queat, si præparata, aqua fonta-  
na, vulcanico more extrahatur. Multo vero minus satis laudari  
posse, si arcana ejus cum aqua vitæ ritè extracta fuerint, indies  
manè hordeacei grani pondere assumpta adversus

vaporosos catharros,  
calores intensos,  
rabiosos præcipuè capitis dolores

admodum subitam curam exhibere, in finalem adusq; radicis  
extin-

extirpationem, summam verò lumen terræ huius exhibere,  
Philosophoq; clarè indicare ipsam in rei veritate

Inviçtissimum mortis antidotum in omnibus cor-  
poreis morbis existere, Hæc ille.

Ego hanc Strigonensem ex arte Chymica, (quæ meritò omniū  
doctorum quibus vis in artib; inevitabilis dux & magistra est)  
reputavi, conversum aurum esse, Dei providæq; Naturæ ordi-  
natione in præminentē præparatum medicinam, ac transmu-  
tatam, medico egroq; absolutè depositā, peculiariter adversus  
venena, humanis corporibus proficuum, quæ aliàs artis benefi-  
cio difficulter, dubiè, magnisq; sumptibus vix conficiatur, quæ  
admodū ex auro ungarico, istiusmodi terrā Strigonensi persi-  
milē ipsemet confeci, inde & valorē eius dupli auri æstimavi.

Insuper edoctus fodinarum experientia, in quibus aurei co-  
loris, albam, viridem, in alba ruffescētem, griseam, nigram, fel-  
leæ flavedinis, &c. inveni singulis è metallis, etiam medijs mi-  
neralibus peculiarē provenire, nostram verò Strigonensem,  
ex nobilissimis auri meatibus, quantumvis alba ex minera ar-  
genti simul intercurrat, de qua solummodo, ceu viliori, toti  
descriptioni convenienti Theophrastus Paracelsus in chirur-  
gico opere mentionem facit, in Gelautio verò etiam aureæ.

Inde intellectu facilè, quibuscunq; medicamenta ex auro  
præparata, quorum omnes pleni sunt libri, cōferunt, iisdem &  
hanc terram prodesse, ac ritè accommodari posse, ad veneni  
genera tamen (supra id quod è magnalibus est) magis peculia-  
riter, ceu Moly directam, quod è multiplici sua, nondum ta-  
men satis explorata virtute, deprehendi potest, quarum dispo-  
sitione penes peritos spagyros erit.

Si quod dicitur, Aurum rudis Philosophorum lapis est, o-  
mnes infirmitates curans, est & hæc terra Aurum, vel calcis au-  
ri lapis, de quo liquidè transmutatus aureus asinus testabitur.

Si, Christus lilia agri, supra Salomonis ornatū in omni glo-  
ria sua extollit, quæ duntaxat herbæ sunt, ac infimum gradum  
sanitatis obtinēt, Quanto magis laude digna erit hæc similisq;

C

terra

terra metallica, dum metallicæ tribus gradibus virium, cuncta vegetabilia excellant, quemadmodum hîc & in miraculis deserti palàm est, æquè in palmis ac corvis naturaliter.

Nam si ex terra (ut attestatur Sapiens) medicina ab altissimo creata est, adversus infirmitates, quemadmodum videmus & in herbis, floribus, seminibus, radicibus, arboribus, quorum medicinæ omnes ex Terra proveniunt, est & hæc, Terra insuper sigillata, ex qua similiter multæ medicinæ per artem producuntur, quas vir sapiens non aspernabitur. Quis enim omnigenas ipsius virtutes ac vires in finem usq; quem refert, deduxit? Unde & infallibile exaltationis suæ tempus resultat.

Mel medicina est omnium vuluerum, multorumq; interiorum defectuum. Hujus terræ melligo illud ipsum erit, ac plus etiam dictu, species ac metamorphoses suas nobis exhibens.

Iudaicum balsamum thesaurus Monarcharum ac Regum est. Hæc terra nil minus in Imperatorum Regumq; thesauris ad extremas necessitates reverenter asservatur & reconditur. Copiæ enim cornu est, in quo virtutes ejus asservantur, ceu in instructissimo pharmacopolio.

Dictum quoq; balsamum, corpus tam vivum quam mortuum à putredine multos annos conservat, nullum morbum putredinis radices agere permittens. Certè balsamum hujus terræ eadem præstare posse persuadebitur quam paucis, quod anathomia tot cosmorum illis incognita sit.

Proinde hæc Terra ac similis, omnis generis totius mundi omnium scilicet simplicium, ipsius etiam Iudaici Balsami suavissimos unà cum virtutibus efficacissimos eosq; gradatos, uti ostendere possumus, odores spirat, non passim quidem omnibus notum, in Magnete verò bene perceptibile, & intellectui clarum, inde latissimè multa ac magna naturæ secreta sapienti intelligenda veniunt, cæteris cataracta erunt,

Magnes attrahit ferrum. Genera autem hujus terræ medicinalis excessas aquas, cum sublimi quodam æthere, & quisnam novit in eo quid amplius, cujusve utilitatis? Periculum faciendum

dum'effet. Adhæc magnetes admodum varij sunt. Verum nul-  
lus grex sine pastore. Ubi enim cadaver, ibi congregantur aqui-  
læ, quæ inde & lapidem suum conficiunt.

Si universalis medicina est, in reverberato fixoq; sulphure  
ac antimonio, quid minus hîc quærendum, cum altum aurum  
ipfius sulphur adsit?

Pæoenix à mille annis juventutem reparat. Quis scit quid  
hîc lateat, & quid omnia in omnibus valeant? quidve nobis  
Ophir aut Peru munerum mittat, ubi integræ ædes habentur  
aureæ, uti fide digni Hispani nobis retulerunt, satis apertum,  
precioso in nido nidificare avem non ignobilem, cum rejuve-  
nescentia longævitasq; vitæ alias quæritur ac invenitur, uti  
secretioribus nunc satis cognitum, quemadmodum Hermetis  
sepulcrum plenum thesauris in finibus terræ Alexandro reper-  
tum, ubi & ipse finem peregrinationis suæ ponens, ædes aure-  
as statuit, nobis ob oculos sunt rata satis testimonia.

Admiranda insuper scribuntur de Columnis Archaltis,  
Polis, Figura mundi ac terræ, centro terræ, Ambrosia, Unicornu,  
Lilio albo, origano, Cancro, Carbunculo, Halyconio, rege-  
neratione, ac resurrectione, ac ejusmodi alijs multis. Oro do-  
ctos, ut etiam in hoc genere terræ, &c. simile quid investigent,  
non sine magno commodo atq; emolumento id fecerint, mihi  
admonitionis gratias acturi.

Perpendatur porrò diligenter, quare terra hæc à sapienti-  
bus antiquis sigillo signata sit, & quidnam signatura suæ fissi-  
onis, intumescentiæ, nitoris & spongiositatis lapidis sui nobis  
innuant & repræsentent, quapropter Dioscorides terram hæc  
fragilem nominet, & Pfillij sive Magistri venenorum de fami-  
lia S. Pauli in Italia, in magnis secretis contra venena assumta  
habeant, quanquam interdum & alijs permisceant. Renitet  
enim instar speculi, ut faciem intuentis reddat, sicut tumores  
venenati. Finditur in frustula, ac tumor magnus in trocisco  
madefacto oritur, non secus ac à morfu venenati cujusdã ani-  
malis in carne, quod provida natura, (quemadmodû in omni-

bus alijs simplicibus, naturalibus ac supra naturam, physicè ac metaphysicè) magna arte atq; industria efficit, per quæ signa cuinam profint, facilè tãquam literis quibusdã legi intelligiq; possit, etiam ab illiteratis, quoniam scriptura hieroglyphicarum literarum cuilibet obviam est, qui in semetipsum ingreditur, cuius scholastici philosophiæ rudimenti, nostri doctores ceu melioris partis, qua interna specifica, adeoq; occulta virtus ad amussim dignoscitur, penitus obliti sunt, interim calido, frigido, &c, ut externis virium corticibus contenti.

Per dictam intumescensiam discernitur etiam levi opera, vera & sincera terra sigillata, unà cum virtute, quantũq; Lemnia Turcica de his levioribus probis sustinet, (sicut examensumsi, duntaxat autem de illa, qua Imperatores ac Reges honorãtur) tantum hujus veræ commixtum erit, cæteri omnes trocisci, nil hujus signi ostendunt.

Spumofus lapis cui innascitur, præter alia ostendit, quodnã maximè idoneum corpus sit, quo cum intus ac extra adversus omnes antedictas pluresq; alias ægri tudines incorporari atq; usurpari debeat, puta si dissolvatur, & intumescat in saliva sani beneq; complexionati juvenis, qui diebus aliquot præcedentibus, nullis insalubribus cibis, cepis, allijs, pisces, fabis, suillis, & id genus alijs usus sit, tempore etiam necessitatis in propria saliva (alienam non sine magno mysterio præcavendo, si fieri potest) & si jejuna est, prius aliquoties expuatur, eum subsequenti verò pulticulam formet, externis vitijs illinendo, si intrò assumenda, Chelidoniæ, aut Acori communis succo, vel etiam distillata aqua, pulticula dicta resolvatur ac bibatur. Cõveniet nil secius antequã deglutiatur, bis terve partem in ore retentam, ac aliquandiu fotam, expuere, varijs de causis.

Quale nam sit hoc idioma, quidve magni ex isto investigandum, æque ut ex prædictis ac subsequentibus omnibus ac singulis, Deo docti benè intelligere, in eoq; pergere noverint, donec aureum vellus in Colchide, Halcyonium, Halcyonem, unà cum hospite, Animam quoq; Iulij Cæsaris in Comoetam convertam

versam in parte & universo, multiplici ac uno acquisierint, ad extremum usq; opus Augusti deventuri. Nam Cæsar in urbe sua Deus est, Augustus in orbe, ut Ovidius canit, quorū omnium hæc terra magnæ commonefactionis, singularisq; exempli causa illis proposita sit.

Certum quoq; Thessalicæ hujus, si vel momenti quid nosset moderni, uti illos vel maximè decebat, primus ille Thessalus, Diogenes ac similes leviuscula adeò fama, tam malè illis in perniciem eorum non audirent, plusq; Thesum ubi Perseum commodè nondum possint, in salutem infinitorum, ac ante omnia, quod futurum est, indies in usum revocarent ac imitentur.

Quamvis verò hæc terra multa & egregia, crasso modo usurpata præstet, multò tamen meliori sorte, uti verus ordo ac sententia nature, ad prædicta potissimè requirit, si per Vulcanicam artem Chymiam scilicet præparetur, secernendo eam in tres primas suas, purificando & reuniendo, &c. primò in Olympicum Mercurium suum, qui dimidia pars existit. De residuo sulphureum suum oleum, seu tincturam, quæ pulcherrimo croceo colori assimulatur, quæq; in multò subtiliorem priori similem sigillatam reduci posset, relicto sale ac terra instar nivis alba, quodq; in semetipso à ligamento mali, dum modo adsit, mundando, boniq; divinam ligam loco illius dando, (prout cuiq; naturali, ac supernaturali, lege divina & naturali, necessariò debetur) rursus in unum conglutinentur, inq; glorificatum corpus regenerentur, ac conformentur. Eò dum exaltata fuerit, omnia ad se trahens, tam superiorum quam inferiorum virtutes, nobis summum bonum nature ostendet, ac præsentabit, quod alias è manibus nostris elabatur, nec aliquis vidit unquam.

Si hæc similisve præparatio terræ cum Deo, ac singulari diligētia tractaretur, medicina tunc bis munda, purpura vestita incedere meritò posset, quæ nūc per lutum in fulcris ambulat, non secus & aliæ artes, quæ omnes unà cū summa salute, in

hoc exemplo simul fundatæ, suum citò, tutò, jucundè, ut dici solet, sufficienter ac perfectè assecuturæ essent.

Ac si postmodum ut dictum est, atq; utilissimum foret, in usum deduceretur, meo iudicio, omnes pharmacopæorum ac universitatum, hæctenus usitatę medicinæ hujus respectu, puerilis ludus existerent.

Sic medicina bona testimonia, ac conclusionem consequi posset, atq; sigillum suum, cujus causa isthæc terra à priscis sapientibus, magno mysterio sigillo munita ac signata fuit, prout omnibus signatoribus cognitum est, quodq; propria ejus natura exprimit, Ideoq; nō frustra à mille artifice, prout omnibus optimis rebus contigit, deperdita ac sophisticata est.

Nemo autem existimet prædictam præparationem, usum ac inestimabiles vires hujus terrę, opus fore cujusvis. Neq; est quod quispiam irrideat aut vituperet, quæ à supra dictis autoribus, vel à me, partim experientia, partim ex certa quadam theoria (sibi ignota) narratum est, sed cōsiderent, parum æstimari, potioribusq; munimentis, ac realibus argumentis, munitos esse, multò magis autem consequenti instructione, illis ac parum sapientibus in gratiam singulariter annexa, contenti sint. Hic enim similesq; thesauri, non nisi venturo debentur seculo, postquam à suis lernis per antimonium repurgatus fuerit mundus. Hæc doctis.

Communibus autem ut  
sequitur.

**D**E Turcica terra, & illa quæ ex Insula Lemnos, nec non, ut quidam affirmant, circa Nilum in Aegypto duorum colorum alba ac ruffa effoditur, cum plurinia à multis veteribus scripta sint, pro ut Lemnius quidam prolixum tractatum de omnibus, ut ajunt, ejus virtutibus, qui perijisse dicitur, composuit, Theophrastus autem Paracelsus, vir sufficientis



etis autoritatis, affirmet, nostram hanc veram esse, de qua multa conscripta sint, veterum autorum sententia, de usu, præparatione, pondere ac similibus, de hac nostra eodem modo rectè intelligi poterit.

In primis igitur confert, si prius cum propria saliva in pulviculam redigatur ac illinatur extrinsecus aduersus

Aranearum &  
bufonum venena vel morsus, uti in Chirurgia  
Theophrastus indicat.

Simili modo ego in aliorum plurium venenatorum animalium læsionibus foeliciter ea usus sum, atq; ita omnes

Tumores, vesiculæ, rubedines, glaucedo, nigredo,  
calor, frigusq; &c.

secunda vel tertia emplastratione mirabili modo extracta sunt, ac periére, venenum disparuit, ac si nunquam adfuisset, sanataq; est læsio, sine omni alia additione.

Insuper propter insigne balsamum ac temperamentum suum præstantissima potio vulnerum est, in confossis ac vulneribus sectis,

ex intimis consolidationis suæ operationem in exteriora producendo, extrinsecus verò locum humectando ac illinendo. Quomodo autè potio hæc vulneraria præparari debeat, Theophrastus eo loci non meminit. Existimo tamen vulgo chirurgorum ac quibuslibet alijs utilem ad hoc futuram, defusam illam in sæpiuscula sui lotione aquam, qua terra hæc in officina sua in trociscos formādo lavatur. Sine fructu enim alias effunditur ac negligitur. Hæc leviter evaporata, ut à sexaginta aut circiter mensuris una remaneat, misceatur cū primitijs aquæ de Chelidonia pro externis, quamvis & pro internis, in quibus cum primitijs vini usti potius assumitur, in dies bis quantum capit testa plerunq; juglandis, plus minusq; &c.

Ea

Ea aqua qui carent, aut facere non possunt, drachma tro-  
ciscorum vel circiter respectu mali ac personarum dissoluta  
in salivâ, cum vino aut cerevisia bis indies usurpetur, ac forin-  
secus vulnera aut ictus ea illinantur.

Valet in antiquis ac recentibus vulneribus, quæ consoli-  
dari aut cutem inducere recusant, porro etiam

In antiquis ac putridis ulceribus,  
cacoethe vocant, &c.

In antiquis pravis ulcerationibus,  
usus ejus, secundum amplitudinem & mali-  
ciam mali.

In omnium animalium morsibus,  
etiam serpentum ac viperæ.

In venenosis medicamentis, quæ mortem in-  
ferre solent, tam ante quam post cum junipe-  
rinis baccis assumta.

Pari modo, etiamsi ventriculo con-  
cretum assumtum, quod venenum  
aut amuletum aut  
alexiterium inhæreat.

Præstat etiam contra  
venenum leporis marini, &  
cantharidum,

omnia evomere facit,  
neq; ulla consueta aliâs venenis  
symptomata eis superveniunt,  
Canis rabidi morsui,

cum baccis juniperi mixta, loco læso, scordio marrubio aut  
Centaurio minori intecto.

Sic eam Paracelsus intro assumendam  
contra omnis generis venena.

præpa-

præparat, cum vino de succo Chelidonię, mumia, balsamo, &c.  
in libro de vita longa, affirmans id esse.

adversus omnis generis venena,  
alexipharmacum omnium maximum,

Ego in hujusmodi casibus etiam simplicem hanc terram intro  
ac forinsecus satis feliciter applicavi.

Cum melloum quoq; oleo perfectè operantem expertus,  
In Căcrorum aut communis Acori succis assumere, admodum  
utile esse censeo.

Theophrastus pharmaca quarti gradus purgantia, ne nimiam  
debilitatem inducant, hac terra corrigit, eo quod

Insignem cordis  
omniumq; virium  
ac membrorum principalium  
confortationem præstet.

Unde quidam admodum efficacem citoq; operantem eam ex-  
perti sunt, dum

passionem aliquam cordis inciderunt,  
assumpta drachma media, statim levamentum sensere.

Attrahit enim tam intus quam  
foris veluti magnes,  
elevatos vapores  
è ventriculo

Hepate,  
putrefactionibus  
deopilationibus venenosis seu ve-  
neno carentibus, qui alias

Cor invadentes  
Lipotomias  
palpitationes,  
tremores cordis causans

D

respira-

respirationem intercludentes  
debilitatem membris inducentes  
Aut dum ad caput usq; elevantur,  
multorum morborum causa  
efficiuntur.

Similiter siccos halitus, qui à capite  
in varia corporis membra  
descendentes, molestias, ac varias  
ægritudines excitant.

In lienteria, dissenteria ac varijs  
ventris fluxibus.

Sæpè usus sum ea cum vulgari Lemnia, (cujus etiam mihi nota in Silesia copia est, magni juvamenti simplex, ad varios defectus, verùm præstantiam hujus non assequitur) nonnunquã pauxillulum boli addens, in petiam ligando, pauperibus in potum immersi, de ea exprimendo, assiduè bibentes, innumeros ferè liberavi.

In peste utuntur ea Turcæ tam præser-  
vationis quàm curationis gratia,  
pondere denarij in vino.

Sic in peste magna debilitate correptis  
forinsecus cum aqua rosarum  
temperata, sæpius cordi emplastrando, sic extrahentes venenum.

Symphorianus Campegius narrat inter medicinas simplices  
quæ

pesti & alijs contrariantur venenis,  
primum honorem ac locum tribuit  
terræ Lemniæ, quam etiam Sma-  
ragdo præfert.

Alexander Benedictus eam commendat in

febri

febri pestilentiali  
In acuta etiam febrī.

Quidam non postremus medicus pro vera Lemnia, quam genuinam sumere exoptabat, inscius hanc Silesiacam magnati velut unicum ac ultimum refugium, cum alia nil proficerent, exhibebat, & præter spem convaluit.

Ego sæpissimè in theriaca communi etiam theriaca Theophrasti commixta, multis in morbis magno fructu usus sum. Ante aliquot annos peste grassante, Strigonium oppidum nostrum ac Vratislaviam, multis libris theriacæ Theophrasti, cum hac terra Sigillata in necessitate confectæ, donavi, ubi Senatus Vratislaviensis, juxta etiam urbis notarius, literis mihi significavere, nunquam pauciores, quam sub hujus theriacæ usu, obiisse.

Intra 12. horas ter exhibere soleo singulis vicibus 3. i. adultioribus. Junioribus verò 3. 5. in vino usto, quandoq; etiam in spiritu tartari, ac copiose sudare mando.

Sic quoq; in pleurisi utendo,  
plurimos liberavi.

Sed longè potentior ac melior cura est, si tinctura ejus, ut soleo, theriacæ commisceatur.

In obturata alvo, suppressione menstruorum, phthisi, ac ejusmodi, ab ejus usu abstineo.

In infectionibus cum veneno mandat Eluchasim in tabulis, manducare ficus, nuces, rutam, ac quotidie modicum de terra sigillata tali pacto,

Cibum per vomitum posse reijci,  
si venenosus est, cum theriaca  
aut mitridatio, hoc qui faciat,

Non esse quod ullum venenum  
vel in cibo vel in potu metuat, etiam

In læsionibus à venenatis animalibus,  
Hæc enim nobilis medicina præservat  
à veneno,  
antequam quis inficiatur,  
auxiliatur & post  
in omnibus venenatis morbis, sive sint calidi,  
phlegmatici aut melancholici, &c.  
in suspitione alicujus hausti veneni, econ-  
festim bibe aquam calidam, cum butyro  
vaccino, & sesamino oleo,  
immittatur quoq; gutturi penna oleo intincta ac vomat. Po-  
stea bibat lac dulce cum electuario de terra Sigillata. Mihi au-  
tem videtur cum medulla aut axungia humana, lacte q; amy-  
gdalino longè melius fore, vel addito etiã oleo de femine Che-  
lidoniae. Præstantissimum autem omnium illud Theophrasti,  
ut supra in vita longa, &c.

Liberavi hac terra & modico theriacæ Theophrasticæ, vir-  
ginem in triduo, quæ propter assumptum venenum per univer-  
sum corpus subito intumescebat, rubescendo instar cancri, de-  
liquijs animi, maximisq; virium dejectionibus, cum alijs su-  
pervenientibus symptomatibus, quamvis multò melius cum  
aqua theriacali foret, in talibus subitaneis casibus.

Vulgus medicorum longinquis è regionibus petitam radi-  
cem Chine, Zsarsaparillam, Guaiacum, Peresilicum, veluti ma-  
gna Dei dona vegetabilium (quibus potissimè respectu corru-  
ptorum egrorum, ex depravato medicinæ fundamento, Deus  
omnipotens aliquo modo nostri misertus est, quarum simpli-  
cium majorum etiam plura ac majora, nedum illis adhuc co-  
gnita existunt) in usum traduxit, morbos quasi omnes, cæteris  
opem denegantibus, ceu unico medicamine universali curare,  
ut optat, intendit.

Sic

Sic Misnenses Marcam suam in albo rufescentem, subtilem mineralem terram, in multis, imò ferè omnibus morbis in usu habent, ac Polonorum vulgus oleum olivæ, Pruteni mummiam, in Dantiscana cerevisia, Angli & Helveti lac suum, & quidem in multis cum emolumento, minimè verò præstantiam hujus terræ quædam attingentia.

Pari modo hac Strigoniensi terra, hîc & alibi varijs in morbis, ac quasi indiscretim omnibus, vulgus nunc uti consuevit, nec id sine magno quandoq; juvamento, neq; sine fato. Firma enim fiducia freti, in ejusmodi protritam viam ac sensum rem perduxere, quo tractu temporis, more communi, multas & mirabiles virtutes hujus terræ patefacient, plures quàm isti hæctenus de eorum magnis radicibus ac lignis.

Essent porrò de hac Terra quæ mihi in promptu sunt, dicenda quamplurima, sed nunc vel attigisse quædam sufficiat, præcipuè doctis, communia, communes ex alijs petant. Poscētibus ita Dominis, illa qualiacunq; genuinè in publicum scribere coactus sum, cum tamen in his alijsq; plurimis ac majoribus, singulari consilio, præsertim autem immaturitatis meæ causa, semper publicum nomen subterfugi.

Et quamvis breviter hæc dixi, ac obiter dixisse multis multa videbor, de terra aliena differant, donec eam agnoscant, nihilominus intimè singula intelligi velim. Fuerit enim fortunatus, locos hos intelligēs, fractum calamum redintegrans, Iusticiam Misericordiæ coæquatam, æqua lance tenens, animæ negotium brevissimè expediens, Sabaticamq; sacræ mentis Echeneida imitando, Iessaico flore germinabit, ac gratiarum cisterna effectus, clysto divino complebitur.

Rogo autem, ut quisq; suam experientiam quotidie crescentem huc assignet, quo tractu temporis, thesaurus iste medicinalis meliori modo, quâ illum benè decet, patefiat, donaq; Dei indigentibus fideliter porrigantur.

Dixi,

---

Haectenus Ille.

**Q**uas verò, superiori Autoris rogatu, hoc loco assignare poteramus Observationes & curationum historias, absolutiori numero, temporiq; commodiori maturescentes reservare visum fuit. Huiusdem si quisquam Medicus factæ Experientiæ quicquam fideliter conferre voluerit? Certè, quod DEI honor, quod Amor proximi, quod deniq; vitæ genus postulat, merebitur optimè.

Interea, Boni præsentia boni-consulant:  
Et quod Montano deberi videbatur Epitaphium  
Strigonii in templo B. Petri & Pauli erectum, sine  
supercilio legentes valeant in DOMINO.

Senatus Strigoniensis.

JOAN.



IOANNES MONTA-

NUS SILESIO-STRIGONIUS,

PHILOSOPHUS, SCIBILIUM SUO

COMPRIS IN TALENTO,

PLMQ. V. ΘΕΟΔΙ-

ΔΑΚΤΟΣ;

VOCATIONIS ET USUS ERGO, TERRA

MARIQVE, LONGE LATEQVE

VERSATUS;

GRATIA, QVA DIVINITUS POLLEBAT

MEDICA PRÆSERTIM IN REM-

PUB. PIE ET EGREGIE

MERITUS;

POSTQVAM MUNDI ET ÆVI HUIUS

VANITATES IN ANN. ÆT. LXXIII. VSQ.

SEDULO DEPRECATUS, COELI ET Æ-

TERNITATIS SUBINDE CUPIDIOR, IN-

GEMUISSET MULTUM, SOLVIQ; ET

ESSE CUM CHRISTO DUDUM

EXPETIVISSET: EUGE

XPISTOΓONEIAS ANNO MDC.IV.

MENS. IUNII DIE III. PLACIDE

SOLUTUS TANDEM

ANIMA

ANIMA SPIRITUQ; AD VITAE IM-  
MORTALIS INITIA POSTLI-  
MINIO REVOCATIS;

CORPORE TERMINUM HIC MORTIS,  
PORTUM HIC QUIETIS PRO TEM-  
PORE DATOS INCUBAT.

MERITIS APUD MEMORES, DUM GRA-  
TIA VETERIS STABIT ULLA BE-  
NEFACTI, SUPERVICTURO,

DEO OPT. M. MISERICORDIARUM  
PARENTE ET CHRISTO EIUS  
FACIENTIBUS,

AETERNA CESSERINT OMNIA  
QVAM FELICISSIMA  
BEATISSIMA.

EX DEBITO, SECUNDUM DEUM  
COMPRECANTUR  
POSTERI.

---

ALIUD.

Saxo tumbæ superimposito  
in sculptum,

JOANNI

IOANNI SCVLTETO  
MONTANO, PARTE HIC TERRE-  
NA CONDITO; DUM VITA MA-  
NERET, EX PHILOSOPHIAE ET  
DOCENTIS NATURAE PRA XI  
PRACTICO MEDICO, ΣΥΝ  
ΘΕΩ, SCIENTI FE-  
LICIQVE:

CAETERA AN: AET. S. LXXIII.  
CHI. N. M. DC. IV. JUN. III. EX  
VALLE LACHRYMARUM HAC  
IN MONTES AETERNOS  
RECEPTO:

UT MISERERI, ET SUA IN NO-  
BIS DONA CORONARE DIGNA-  
TUR MISERICORDIA  
ALTISSIMI;

HIC ILLIC AETERNUM  
BENE SIT.



E

EJUSDEM

# EIVSDEM MONTANI

Τὸ ποῖον, τὸ δοκεῖν,

Καλίστημα;

**A**ccidit, hos illos hoc illo Sydere nasci,  
Et sua quemq; trahi studia in Persuasa. Me-  
dendi

Ars quos longa docet, quos Clinica cura fatigat,  
Angustâ ad Musas decurrere, tempora & Artis  
Prima pati, magno exercere labore Juventam,  
Durare in Mediis, annos sudare viriles,  
Non frangi, & multâ Juvenes præstare senectâ;  
Longum iter ad Doctos proficiscier, utili Honestum  
Miscendo raras Virtutum quærere merces,  
Quæ sitas deferre domum, quarum indiget usus  
Promere, & ante Lares Patrios clarescere factis;  
**PRINCIPIBUS** placuisse viris, quin **CÆSA-**  
**RIS** Aulâ

Non fastiditos potiori assurgere fato;  
Et si quod varios exantlatosq; labores  
Nomen, honos, laudes, si præmia digna sequuntur;  
Sunto aliquid. Nec enim tanti communia nostro  
**MONTANO** atq; aliis, cessant quia, gaudia  
faxim. Interea

NI  
Fnterea similem si quem sibi pectora, vultus,  
Moribus & primis videas paria ultima morum,  
Omnia plena DEI Fusu, Cæloq̄ renata,  
Summa DEI cui Lex nocturna diurna voluptas,  
Prudens Simplicitas, simplex Prudentia cordi,  
Te- Quem Fidei & Melior vitæ modus omine sancto  
Erigat, atq̄ errore procul conformet Olympo?  
Ille DEO, Ille Homini benè frugi cuiq̄ probatur,  
Et mihi quantivis precii vir dignus Amari est.

MONTANUS Medicæ-Chymicæ, vel  
prima palæstræ

Gloria, Strigonii est ubi Terra reperta Sigilli,  
Zytho ubi Strega Ceres, ubi Pane salubrior extat,  
Quâ Rosa Slesiacos commendat amœnior agros,  
Certat & Indigena illatis Turchesia gemmis,  
Talis erat? Sensus nisi quis mihi fascinat imos  
SA- Talis erat, Sed enim cadit & stat Judice CHRI-  
STO

Res hominum properæ litis nihil indiga Momi.  
Fortunate Senex, tantum quæ Nomine-Nutu  
Numinis ausus eras ergo pia facta manebunt.  
Nostras si Charites, si vota morère Laborum

E 2

Pro

Protàm mole gravi, & congestà hinc inde Librùm  
vi,

Exemplo, atq̃ Artis raro molimine nostræ,  
Pro Terra Inventà, pro Monte tot usibus apto,  
Incola Viventùm Terræ-Cœli incola Tempe,  
Nomen habe Æternum, rebusq̃ Exempte caducis  
In Sancto DOMINI Sanctam cape Monte  
Quietem.



IN MEDICAE ARTIS EXCEL-  
lentiam, Historicà Montani Ἀνανώσει  
demonstratam, Elo-  
gium.

Quid factum MONTANE? Aliusnè, an  
pristinus Ille es?

Idem Animus? tantùm Corpore sis alius.

Quæ nova forma? Caput totum renovare Capillis,  
Cana cadit, celebrat-sed nova Barba virum.

Dens labat, & lapsis succedunt unguibus Ungues  
Mox Senium erugans fronte Juventa redit.

Quæq̃

*Quæq̄ tenella vides, nec quid velut ante rigescit,  
Multa novus veteri detrahit oris honor.*

*Intima quæq̄ vigor novus occupat, & movet artus  
Nervorum præses caldior aura tuos.*

*Quodq̄ magis mirum est, Tantum mutatus ab Illo  
MONTANO, ut veteres exuis Exuvias:*

*Nil nimium pateris, Naturæ functio nusquam  
Læditur, & Mentis stat sine labe decus.*

*Scilicet hoc Specimen Medicæ hic labor utilis Artis,  
Hoc opus est, simul ac Numinis Aura-favor.*

*In Averfos.*

*Inunc & Chymicos eludere perge Labores,*

*Quisq̄vis es, I Medicam despice, Zoile, opem.*

*Objice jam Mortis, Fati quodq̄ objice fulmen,*

*Aut quod DIIS, Homines non potuisse, placet.*

*Garrule, quo-Superûm superabis - Marte Trium-  
phos?*

*Stat sua MONTANO, stat sua cuiq̄ Dies.*

*Memoriæ soceri meritissimi,  
Anno ab historia undecimo  
hac vitâ functi, ponebat Ge-  
ner Johannes Hartigius*

*αυτόπληγς.*

DE

DE TERRA SIGILLATA

STRIGENSI Epigramma.

Dn. Joannis Posthij Archiatri Wirtzeburgici  
ad Dn. Montanum Medicum  
expertissimum.

Quando hominum generi vita nil dulcius usquam  
est,

Hanc quod custodit languidulam aut reparat,  
Quanti erit? hæc medicina tuo MONTANE,  
reperta est

Ingenio, in terræ visceribus penitis.

Aurea nimirum terra illa, Axungia Solis

Dicta tibi, ipso auro, carior & melior.

Illæ venena fugare, at rasq; evincere pestes,

Innumerisq; potest esse medela malis.

Quod nequeat Fulvum præstare dolentibus aurum,

Quod nequeant rubri lucida dona maris.

Exclamare libet: nostri ô nova gloria secli,

MONTANE, ô Medici Fama decusq; chori.

Per te naturæ thesauri arcanaq; tanta,

Hætenus in tenebris quæ latuere patent.

Per te nostra avidis jam non Germania Turcis

Invidet, ac vastæ gentibus Armeniæ.

Terram



*Terram habeat, jactetq<sup>3</sup> suam Vulcania Lemnos,*  
**MONTANO** melior terra ad aperta meo est.

Encomium

**OPERIS JAM-NUNC RECENS EDITI**  
addit

Jonas Daniel Coschwitz Medicus-Strigenfis.

**A** Bditā nostratis **ERRÆ** mysteria, scripto  
**HARTIGIVS MONTANI** exiguō  
exsequitur.

*Exiguus labor est caperanti fronte legenti,  
Sed sacer ille mihi, prægrediente DEO.*

*Ungue Leo notus: nota at mihi Terra notata,  
Quam notat ingenui progenies genij.*

*Dona DEI variant: sed in hanc Deus omnia clausit,  
Quæ Microcosmus habet, quæ Macrocosm<sup>9</sup> habet.*

*Ergo DEUS grates habeat, MONTANUS*  
honorem,

*Is Dator, hic Lator muneris eximij.*

*Tu tibi signatum meliori commate signa,*

*Namq<sup>2</sup> Macrocosmi vimq<sup>3</sup> Minoris habes.*

**FINIS.**



Pou Thu 617, Qk

ULB Halle 3  
002 699 710



2

1077  
nc





QK TUG 17





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000  
**Kodak** LICENSED PRODUCT  
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ED  
VE-  
UM IU-  
rijs refer-  
& Medici  
fis Silesij,  
fuci ex-  
n per

NEM  
UTI-  
, cura

BIBLIO  
ONICKA

611

1.203

